

PAVLVS PP 11

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Fidelis et deuotio quam erga nostram et apostolicam sedis statum gerere comprobamini nos inducunt ut uos specialibus gratiis et fauoribus prosequamur. Itaque omnia et singula statuta uera reformationis ordinationis nec non privilegia concessiones gratias immunitates et indulta uobis et contumaciter per Romanos pontifices predecessores nostros et ab eis prestatam habentes hactenus concessa quibus iusta et laudabilia sunt et impreiudicium ecclesiasticae libertatis non tendant tenore presentium approbamus et auctoritate apostolica confirmamus pro ut hactenus laudabiliter obseruata fuerit. Ceterum quia ut nobis exposuistis officiales curie prouincie nostre Marchie Anconitanorum uarijs questibus coloribus ueniunt ad vexandos homines illius nostre terre montis Sancti ut aliquid ab eis extorqueant uolumus et decernimus ut si quis officialis dicte curie ad dictam terram se conferret si eum contra quem processerit non inuenierit delinquentem non possit ab eo aliquid prouincico ut aliter exigere. Postremo uolentes uos amplioribus gratiis prosequi de pecuniis quas nomine subsidij seu talearum ut aliter quolibet camere apostolice annuatim soluere tenemini tertiam partem unius anni proximo futuro adate presentium computandi in reparationem muros uicorum uicorum conuertendam uobis remicimus et liberata condonamus. Mandantes Thesaurario prouincie predictae presentium et pro temporis existenti quibus remissa ratioe quod dicta tertia in premissum et non alium usum conuertat eam in aris capitulis admittat prout nos insuis admittimus per presentes. Dat. Rome Apud sanctum petrum sub Annulo Piscatoris Vltima Septembris.

M. cccclxxij.

Pont.

nr.

Anno.

Primo.

L. dathus





